PHARMACOPŒIA
CHIRURGICA.



Willm. Long Esqr.

HARMACOPŒIA

2

CHIRURGICA,

IN USUM

NOSOCOMII LONDINENSIS

SANCTI THOMÆ.



LONDINI: APUD T. COX.

1798.

harmacopœia Chirurgica

NOSCOMII SANCTI THOMÆ.

ACETUM.
ACETUM CUM SPIRITÛ VINOSÔ RECT.
AQUA ALUMINÔ COMPOSITA, *P. L.*
AQUA CU~~RRI~~ AMMONIATI, *P. L.* Cupri
AQUA LITHARGYRI ACETATI, *P. L.*
ARGENTUM NITRATUM, *P. L.*

AQUA CALCIS cum CALOMELANE.

Calomelanos drachmam unam;
Aquæ Calcis uncias quatuor. M.

QUA CALCIS cum HYDRARGYRO MURIATO.

Aquæ Calcis uncias octo;
Hydrargyri muriati drachmam dimidiam. M.

AQUA ZINCI VITRIOLATI.

℞ Zinci vitriolati drachmam unam;
Aquæ diſtillatæ libram unam. M.

BACILLA CAMPHORATA.

℞ Emplaſtri è Minio *P. L. P.* libram unam;
Ceræ flavæ uncias duas;
Camphoræ drachmas duas. M.

BACILIA TEREBINTHINATA.

℞ Ceræ albæ uncias ſedecim;
Terebinthinæ Venetæ uncias quatuor;
Liquefac ſimul, et adde Hydrargyrii ſulphurati rubri, vel Antimonii crudi uncias duas.

CATAPLASMA ex PAPAVERE ALBO.

℞ Fomenti ex Papavere albo libram unam;
Farinæ Lini q. s. Coque ad idoneam craſſitudinem, et adde
Olei Olivæ uncias duas. M.

CATA-

CATAPLASMA ex CEREVISIA.

Cerevisiæ fortis et veteris libram unam;
Farinæ Lini q. s.
Olei Olivæ uncias duas. M.

CATAPLASMA CUMINI, *P. L.*

CATAPLASMA è DAUCO.

Radicis Dauci ſativi recentis libram unam, Comminue radulâ, et adde
Farinæ Lini unciam unam;
Aquæ calidæ uncias duas. Contunde ſimul ad idoneam ſpiſſitudinem.

CATAPLASMA CUMINI.

Seminis Cumini in pulverem triti
Farinæ Lini ſingulorum, uncias duas;
Baccæ Lauri in pulverem triti,
Saponis mollis Gallici ſingulorum, unciam unam;
Hiſce adjiciatur Fomentum commune cum Olei tantillo donec Cataplaſmatis Craſſitudinis ſit.

CATAPLASMA è LINO.

℞ Farinæ Lini
Micæ Panis albi, ſingularum partes equales.
Coque in Lactis Vaccini q. s. ad idoneam craſſitudinem, et adjiciatur Olei Olivæ pauxillum.

CATAPLASMA ex FÆCIBUS VINI.

℞ Fœcum Vini rubri libram unam;
Farinæ Lini q. s. Coque ad Cataplaſmatis craſſitudinem, et adde
Olei Olivæ pauxillum. M.

CAUSTICUM OPIATUM.

℞ Lixivii Saponis fortis uncias viginti quatuor. Coque ad uncias ſex, dum adhuc ebullit, inſperge
Calcis vivæ
Opii purificati, ſingulorum, uncias duas.
Hoc in Vaſe optimè clauſo ſervari debet.

CALX cum KALI PURO, *P. L.*

CAUSTICUM

CAUSTICUM ARSENICI.

Arſenici albi in pulverem triti,
Florûm Sulphuris ſingulorum drachmas duas;
Cerati communis unciam unam.
Terantur ſimul, ut fiat Ceratum.

CERATUM COMMUNE.

Olei Olivæ uncias octo;
Ceræ flavæ uncias quatuor.
Liquefac ſimul.

CERATUM LITHARGYRI ACETATI.

Cerati communis uncias quatuor;
Olei Olivæ uncias novem;
Aquæ Lithargyri acetati uncias duas cum ſemiſſe.
Camphoræ, drachmam unam.
Liquefiat Cera cum Oleo et ſimul ac miſtura lenteſcere inceperit, affunde gradatim Aquam Lithargyri acetati, aſſiduè agita, et adde Camphoram cum Oleo tritam.

CERATUM è CUMINO.

℞ Emplaſtri Cumini uncias quatuor;
Saponis mollis Gallici,
Ceræ flavæ ſingulorum unciam unam.
Liqueſcant ſimul ut fiat Ceratum.

CERATUM LAPIDIS CALAMINARIS, *P. L. P.*

CERATUM MERCURIALE, *P. L.*

CERATUM SAPONIS.

℞ Olei Olivæ
Lithargyri ſingulorum libras duas;
Aceti libras quatuor.
Coque ad debitam craſſitudinem, et adde:
Saponis duri raſi.
Ceræ flavæ inciſæ, ſingulorum libram unam.
Liqueſcant ſimul.

CERATUM HYDRARGYRI NITRATI RUBRI.

℞ Cerati communis uncias duodecim;
Hydrargyri nitrati rubri drachmas quatuor. M.

CERATUM

CERATUM CALCIS HYDRARGYRI ALBÆ.

Cerati communis uncias duodecim;
Calcis Hydrargyri albæ drachmas duas. M.

CERATUM MELLIS.

Olei Olivæ
Mellis, ſingulorum libram unam;
Ceræ flavæ
Emplaſtri Lithargyri ſingulorum libram dimidiam.
Liqueſcant ſimul.

CERATUM ad LIPPITUDINEM.

Unguenti Ceræ unciam unam;
Hydrargyri nitrati rubri, drachmam unam;
Opii in pulverem triti grana ſex.
Miſce fiat Ceratum.

EMPLASTRUM AMMONIACI cum HYDRARGYRO,
EMPLAST. CUMINI,
EMPLAST. LITHARGYRI,
EMPLAST. LITHARGYRI cum GUMMI,
EMPLAST. LITHARGYRI cum HYDRARGYRO,
EMPLAST. LITHARG. cum RESINA,
EMPLAST. SAPONIS,

} *P. L.*

EMPLASTRUM

EMPLASTRUM VITRIOLICUM.

℞ Emplaſtri Lithargyri libram unam;
Colcotharis Vitrioli unciam unam. M.

EMPLASTRUM ex CICUTA cum AMMONIAC

℞ Ammoniaci colati uncias duodecim;
Succi Cicutæ ſpiſſati uncias quatuor;
Aceti Scillæ libram unam;
Solvantur Gummi et Extractum Cicut in Aceto Scillæ, dein leni calore a craſſitudinem Emplaſtri redigantur.

EMPLASTRUM SAPONIS cum HYDRARGYR

℞ Emplaſtri Saponis uncias duodecim;
Hydrargyri uncias tres
Olei ſulphurati, drachmam unam, vel quo ſatis ſit. M.

FOMENTUM ex CICUTA.

℞ Foliorum Cicutæ ſiccatorum uncias tres
Coque ex Aquæ puræ libris ſex ad libra quatuor.

DECOCTUM pro FOMENTO, *P. L.*

FOMENTUM

FOMENTUM MALVÆ.

Foliorum Malvæ uncias duas;
Florum Chamæmeli
—— Sambuci, ſingulorum unciam unam.
Coque ex Aquæ puræ quanto ſatis ſit ad libras quatuor.

FOMENTUM EX PAPAVERE ALBO.

Capſularum Papaveris albi, uncias quatuor;
Coque ex aquæ puræ, libris ſex ad libras quatuor. Cola.

SUFFITUS EX HYDRARGYRO SULPHURATO RUBRO.

Hydrargyri Sulphurati rubri incenſi granorum viginti vapor pro re nata excipiatur.

LINIMENTI SAPONIS, *P. L.*

Unciis ſingulis nonnunquam adjecta ſit Tincturæ Opii drachma.

MEL

MEL ROSACEUM.

HYDRARGYRUS NITRATUS RUBER *P. L.*

CALX HYDRARGYRI ALBÆ *P. L.*

OLEUM OLIVÆ.

PETREOLEUM SULPHURATUM.

OLEUM TEREBINTH. RECTIFICATUM, *P. L.*

OXYMEL ÆRUGINIS.

PASTA è CALCE VIVA.

℞ Farinæ Lini
Calcis vivæ ſingularum uncias duas;
Adipis Suillæ uncias quatuor.
Tere Calcem cum Adipe deinde immiſce Farinam.

PULVIS ARSENICI COMPOSITUS.

℞ Arſenici albi drachmas duas;
Amyli drachmam unam;
Hydrargyri ſulphurati rubri drachmas quatuor;
Singulatim in pulverem redige dein miſce.
Hujus pauxillum cum Vitello Ovi, miſceatur ſiquando adhibere vis.

PULVIS

PULVIS CERUSSÆ, *P. L.*

PULVIS è CUMINO COMPOSITUS.

Seminum Cumini, uncias duas;
Baccæ Lauri
Florum Chamœmeli ſingulorum uncias tres
Piperis longi unciam unam.
Omnia in pulverem conterantur.

PULVIS CALAMINARIS cum CERUSSA.

Lapidis Calaminaris pp. unciam unam;
Ceruſſæ unciam dimidiam;
Myrrhæ drachmas duas. Simul in pulverem tere.

SOLUTIO OPII.

Opii purificati ſcapulum
Aquæ bullientis unciam, ſolve.

PIRITUS VINOSUS RECTIFICATUS, *P. L.*

TINCTURA MYRRHÆ.

UNGUENTUM

UNGUENTUM TEREBINTHINATUM COMPOSITUM.

℞ Ceræ flavæ
Terebinthinæ Venetæ ſingularum uncias duodecim;
Elemi uncias octo;
Reſinæ flavæ uncias quatuor;
Olei Seminis Lini expreſſi recentis uncias viginti quatuor.
Leni igne, liqueſcant ſimul.

UNGUENTUM ELEMI, *P. L.*
———— TRIPHARMACUM, *P. L. P.*
———— PICIS, *P. L.*
———— HYDRARGYRI, *P. L.*

UNGUENTUM OPIATUM.

℞ Unguenti Ceræ *P. L.* unciam unam cum ſemiſſe;
Opii drachmam unam. M.

UNGUENTUM

UNGUENTUM AD LIPPITUDINEM.

℞ Axungiæ Viperinæ curatæ drachmas tres,
Ceræ albæ incifæ drachmam unam;
Hydrargyri nitrati rubri drachmam dimidiam;
Opii in pulverem triti grana tria.
Liquefiat Cera cum Axungiâ in Balneo Arenæ, et fimul ac miftura lentefcere inceperit, infperge Hydrargyrum et Opium, dein bene move donec Unguentum penitùs refrixerit.

MANUALE PRAXIS CHIRURGICÆ.

CAUSTICA.

Antimonium Muriatum.
Argentum Nitratum.
Ceratum Arſenici.
Cauſticum Opiatum.
Calx cum Kali puro.
Pulvis Arſenici compoſitus.

DESICCANTIA.

Aqua Lithargyri acetati.
——— Zinci vitriolati.
Ceratum Lapidis Calaminaris.
——————— Lithargyri acetati.
Pulvis Calaminaris cum Ceruſſâ.
Tinctura Myrrhæ.

DETERGENTIA.

Ceratum Hydrargyri nitrati rubri.
———— Calcis Hydrargyri albæ.
Aqua Calcis cum Calomelane.
——————————— Hydrargyro muriato.


 EXCITANTIA.

EXCITANTIA.

Unguentum Terebinthinatum compofitum.
Unguentum Picis.
Cataplafma ex Cerevifiâ.
Cataplafma è Dauco.

SEDANTIA.

Solutio Opii.
Aqua Lithargyri acetati.
Cataplafma è Lino.
Cataplafma ex Papavere albo.
Fomentum ex Papavere albo.



PHARMACOPŒIA

SYPHILITICA.

PHARMACOPŒIA SYPHILITICA.

CINCHONA, IN QUAVIS FORMA.

DECOCTUM JUGLANDUM.

℞ Antimonii in pulverem triti, et ſacculo linteo incluſi, uncias quatuor;
Lapidis Pumicis ſacculo linteo incluſi, uncias duas;
Radicis Sarſaparillæ;
——— Chinæ, ſingularum uncias duas;
Nucûm Juglandis integrarum N° quadraginta, cum helis ac putiminibus
Aquæ puræ libras viginti;
Decoque ad libras decem, et colâ. Bibat æger libras duas quotidiè.

ELECTUARIUM BALSAMICUM.

℞ Balſami Canadenſis unciam dimidiam;
Pulveris Tragacanthæ compoſiti drachmas duas;
Conſervæ Roſæ unciam unam:
Syrupi tolutani q. s. ut fiat Electuarium. Doſis eſt magnitudo Nucis moſchatæ.

ELECTUARIUM

ELECTUARIUM SENNÆ COMPOSITUM.

℞ Electuarii Sennæ,
Kali tartarifati fingulorum, unciam unam.
M. fiat Electuarium. Detur magnitudo nucis mofchatæ fextâ quaque horâ.

ELECTUARIUM TRAGACANTHÆ COMPOSITUM.

℞ Tragacanthæ drachmas duas;
Arabici gummi drachmas fex;
Rhabarbari fcrupulum unum; } omnia in pulverem conterantur.
Confervæ florum Malvæ uncias duas;
Syrupi Althææ q. s. M. fiat Electuarium. Sumatur quantitas Nucis mofchatæ fextis horis.

ENEMA OPIATUM.

℞ Fomenti ex Papavere albo uncias quatuor;
Tincturæ Opii guttas triginta. M.

HAUSTUS CAMPHORATUS cum OPIO.

℞ Mifturæ camphoratæ *P. L.* uncias duas;
Tincturæ Opii guttas triginta. M. fiat Hauftus.

HAUSTUS

HAUSTUS è SENNA.

Infusi Sennæ uncias duas,
Tincturæ Sennæ;
Kali tartarisati, singulorum drachmas duas;
Syrupi Rosæ drachmam unam. M. ft. Haustus.

INJECTIO CERUSSÆ ACETATÆ.

Cerussæ acetatæ scrupulum dimidium;
Aquæ puræ uncias quatuor. M. ft. Injectio.

INJECTIO CERUSSÆ COMPOSITA.

Cerussæ in pulverem tritæ drachmam unam;
Zinci vitriolati scrupulum unum;
Aquæ puræ uncias octo. Misce fiat Injectio.

INJECTIO ex CALOMELANE.

Tragacanthæ in pulverem tritæ grana decem;
Calomelanos scrupulos duos;
Aquæ frigidæ, uncias quatuor.
Misce fiat injectio; bis tervè die usurpanda.

INJECTIO ex CALOMELANE cum OPIO.

℞ Injectionis ex Calomelane uncias quatuor;
Opii in pulverem triti ſcrupulum unum.
Miſce fiat Injectio.

INJECTIO CUPRI.

℞ Tincturæ Cupri guttas ſexaginta;
Aquæ puræ uncias duodecim, ft. Injectio ſextis horis utenda.

INJECTIO HYDRARGYRI MURIATI.

℞ Hydrargyri muriati grana tria;
Aquæ ferventis libram unam. Solve.

INJECTIO ZINCI VITRIOLATI.

℞ Zinci vitriolati grana quatuor & uſque ad viginti;
Aquæ Roſæ unciam unam;
—— puræ uncias tres. M. ft. Injectio.

MISTURA

MISTURA ARABICA.

Arabici gummi unciam unam;
Decocti Hordei uncias decem;
Mannæ unciam unam;
Mellis unciam dimidiam.
M. Sumat æger coch. quatuor larga tertiâ quaque horâ.

PILULÆ ALUMINIS COMPOSITÆ.

Aluminis;
Nuclei fructus myristicæ torrefacti;
Extracti Cinchonæ singulorum drachmam unam;
Syrupo tolutano, ft. Pilulæ numero triginta sex. Sumantur duæ bis die.

PILULÆ ex CALOMELANE COMPOSITÆ.

Calomelanos scrupulum unum;
Opii scrupulum dimidium;
Antimonii tartarisati grana quinque;
Syrupo tolutano q. s. ft. Massa in Pilulas viginti dividenda.

PILULÆ

PILULÆ GUAIACI COMPOSITÆ.

℞ Guaiaci gummi resinæ tritæ drachmam unam et semisse;
Terebinthinæ Venetæ, drachmam unam ft. Pil. No. triginta. Sumantur duæ ter die.

PILULÆ è GUMMI COMPOSITÆ.

℞ Olibani
Mastiches
Sarcocollæ singulorum drachmam unam;
Conservæ Cynosbati, q. s. fiat Massa in Pilulas ex granis quatuor dividenda Sumantur quatuor bis die.

PILULÆ ex HYDRARGYRO, *P. L.*

PILULÆ TEREBINTHINÆ COMPOSITÆ.

℞ Terebinthinæ Venetæ, drachmas tres;
Rhabarbari in pulverem triti drachmam unam;
Boli Gallici;
Aluminis singulorum drachmam unam;
Syrupi tolutani q. s. M. ft. Pilulæ triginta. sex. Sumantur duæ ter die.

PILULÆ

PILULÆ ex OPIO.

: Opii purificati ſcrupulum unum;
Conſervæ Roſæ, q. s. ft. Pilulæ viginti.

PILULÆ ZINCI VITRIOLATI.

: Extracti Cinchonæ drachmam unam;
Zinci vitriolati, drachmam dimidiam;
Rhabarbari in pulverem triti drachmam dimidiam;
Syrupi tolutani, q. s. ft. Pilulæ triginta.
Sumantur duæ bis die.

TINCTURA BALSAMICA.

Guaiaci ammoniatæ.
——— Balſami Copaivæ. } *P. L.*
Tincturæ Benzoës compoſitæ.
Singulorum drachmas duas. Miſce.
Sumantur guttæ quadraginta ter die.

TINCTURA CINCHONÆ COMPOSITA.

Tincturæ Cinchonæ.
Elixir Vitrioli acidi *āā* drachmas tres; *P. L P.*
Tinct. Opii drachmas duas. M. Sumantur guttæ triginta ter die.

TINCTURA CUPRI.

Cuprum Vitriolatum in Aqua diſtillata ſolve, et liquori claro adde Kali præparati quantum ſatis ſit, ad dejiciendum pulverem: dein pulverem præcipitatum lava aqua calida, ſæpius affuſa; denique pulverem ſuper chartam emporeticam exſicca.

℞ Calcis Cupri drachmas duas;
Aquæ Ammoniæ (cum Ammoniâ ſaturata) drachmas quatuor, miſce et ſtent in Phialâ obturatâ; ſæpius agitans Vaſem donec ſolutio perfecta ſit.

UNJ. HYDRARGYRI FORTIUS.

GONOR-

GONORRHŒÆ CURATIO.

SUB STATÛ INFLAMMATIONIS.

Electuarium Tragacanthæ compositum.
Electuarium Sennæ compositum.
Mistura Arabica.
Pilulæ ex Calomelane compositæ.

AD CHORDAM TENSAM.

Haustus camphoratus cum Opio.
Pilulæ ex Opio.
Haustus Sennæ compositus.

AD ISCHURIAM VESICALEM.

Sanguinis missio.
Semicupium.
Fomentum ex Papavere albo in vesica bovina Pereneo applicandum.
Enema Opiatum.
Haustus Sennæ.
Mistura Arabica.

AD PHLEGMONEM TESTIS.

Sanguinis miſſio.
Hauſtus Sennæ.
Cataplaſma Aceti.
——— Lithargyri acetati.
Hauſtus Camphoratus cum Opio.
Fomentum ex Papavere albo.

AD DURITIEM EPIDIDYMIDIS.

℞ Emplaſtrum Saponis,
Emplaſtrum Lithargyri cum Hydrargyro ſingulorum partes equales. Miſce.
℞ Emplaſtri Cumini,
——— Saponis nigri, ſingulorum partes equales. Miſce.
Electricitas.

AD GLANDULAS INGUINALES TUMENTES.

Hauſtus Sennæ.
Pilulæ ex Calomelane compoſitæ.
Balneum tepidum.
Electricitas.

INFLAM-

INFLAMMATIONE FINITA.

Injectio ex Calomelane cum Opio.
Pilulæ ex Hydrargyro.
Injectio ex Calomelane.

AD STILLICIDIA.

Injectio Lithargyri acetati.
Injectio Cupri.
Injectio Zinci vitriolati.
Injectio è Cerufsâ compofitâ.
Electuarium Balfamicum.
Electuarium Cinchonæ.
Pilulæ terebinthinatæ compos.
Pilulæ ex Alumine.
Pilulæ è Gummi compos.
Pilulæ Guaiaci compos.
Pilulæ Zinci vitriolati.
Tinctura Cinchonæ compofita.
Tinctura balfamica.

REMEDIA AD MULIERES APTA.

Miſtura Arabica.
Electuarium Sennæ compoſitum.
Lotio Aquæ Lithargyri acetati.

Injectio Hydrargyri muriati.
Injectio Cupri.
Pilulæ ex Hydrargyro.

Injectio è Ceruſſa compoſita.
Tinctura Cinchonæ compoſita.
Tinctura balſamica.
Cinchona.

FINIS.




TERS

PAGES)

HT




3 4 5 6